



~~2/1~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-2

SIGNAT. MDCCCXIII.



100

# EPICEDIA

In

## Obitum

### VIRI

## Antiquâ fide & verâ Virtute

præditi,

NOBILISSIMI, EXCELLENTISSIMI AMPLISSIMIQUE

# DN. ANDREÆ

# SENNERTI,

## Sæ. & Lingvarum Oriental. Prof.

## Publ. meritisimi, Patriæ Academiae totius & Fa-

## cultatis suæ Senioris Venerandi ut & ejusdem

## Academiae Bibliothecarii maximè

## seduli,

*Die XX. Decembr., circa h. X. vesp.,*

*Æ. C.*

*cl. lcc LXXXIX.*

*placidè ac piè defuncti,*

## Ipso solennium exequiarum Die XXVI.

*ejusdem mensis*

*exhibita*

*à*

## COLLEGIS, FAUTORIBUS ATQVE

## AMICIS.

---

*WITTENBERGAE,*

*Prelo excudebat MATTHÆUS HENCKELIUS, Acad. Typogr.*

EPICEDIA

In

Obitum

VIRI

Andree fide & vera Virtute

præditi

Nobilissimi, Excellentissimi Amplissimi

DN. ANDREA

SENNERTI

Scæ & Linguarum Oriental. Prof.

Publ. medicinarum Parisiæ Academiæ totius & Pa-

culatæ hinc Senoniæ Venerandæ ac & ejusdem

Academiæ Bibliothecarii maximo

seduli

Die XX Decembris, circa h. X. obiit

ipso solenniter exequiuntur Die XXVI

COLLEGIJE FACULTATIBUS ATQVE

VIRIS

Obiit



Pro  
SENNER  
Qui  
Hunc plac  
Et t  
Par fuerit  
Su  
Vota hor  
Cun

SENNER  
Ethe  
Quatuor  
Terr  
Namque  
Et D  
Est Seniu  
Sunt  
Dicitur esse  
Ipse S  
Vixit at iste  
Incipi  
Et Nos expe  
Hic est  
Suggerat A  
Defun

Rede  
Ad  
Mortuus e  
Fini  
Vivat is &  
Viva





Am nova perniciēs defesso sole rotatur,  
Musarumqve premunt nubila fata cho-  
ros.

Nempe novus Titan fessus dum forte qua-  
drigas

Promit & insvetis æthera volvit eqvis,  
SENNERTUM videt ingenti virtute nitentem,  
Qvi par cœlicolis sideribusqve foret.  
Hunc placuit rapuisse, novas qvi flectat habenas  
Et teneat Phœbi cognita regna sui.  
Par fuerit superis, pariter cui vita, diesqve  
Summa cadit, mortis nec timet ille vices.  
Vota homines quam vana premunt, quos cura fatigat  
Cum Sole in terris deficiente mori.

*Jo. Gothofredus Berger, D.*

*h. t. Academ. RECTOR.*

SENNERTUS SENIOR, *Vita satur, atqve dierum,*  
*Æthereas scandit, morte vehente, Domos.*  
*Quatuor & Decies Hic octo repleverat Annos*  
*Terris, & PATRIÆ vixit ad usque bene.*  
Namqve SCHOLAM PATRIÆ *Meritis complevit, & Annis,*  
*Et Desiderium liquit in Orbe sui.*  
Est *Senium Domini donum, Benedictio JOVÆ,*  
*Suntqve boni plures, si bonus ipse Dies.*  
Dicitur esse *bonum Domui Sapientibus Heber,*  
*Ipse Senex Signum, talis & iste Scholis.*  
*Vixit at Ille satis terris, nunc vivere calis*  
*Incipit, in calis Ipse Beatus agat!*  
*Et Nos expectet! Metam properamus ad unam,*  
*Hic est nulla quies, at ibi tota quies.*  
*Suggerat Afflictis Dominus solamina viva*  
*Defunctiq; VIRI suppleat usque locum!*

*In Honorem Meritissimi Senis Defuncti  
& Solamen superstitioni*

*JOHANNES Deutschmann / D.*

CRedere si cessas, Vitebergas esse salubres,  
Adspice SENNERTOS, & mihi crede, SENES.  
Mortuus est alter, cum septem lustra decemq;  
Finire inciperet; vivit at alter adhuc.  
Vivat is & porro, quando alter in æthere gaudet:  
Vivat viginti lustra per arva Soli!

*Caspar Löscher / D.*

A 2

For-



**F**ortunate Senex, tandem siluere labores,  
Innumerisqve brevis vita referta malis.  
Hæc tibi longa fuit: qvanqvam videatur amicis  
Perbrevis. En, voti summa peracta tui.

*lugens fundebat*

MICHAEL VVALTHERUS, D.

**G**audet, ubi metam licuit contingere, cursor,  
Eminus gaudet triste viator iter:  
Sic postqvam Spatium confecit longius ævi  
Noster sidereas gestit adire domos.  
Munde, ait, O immunde, vale! terrena valete!  
Hospitium fugio; perpete sede fruor.

*In honorem Senæ venerandi, Viri antiqua  
virtute ac fide adjiciebat*

D. Godofredus Strauß /

P. P.

**H**ÆC SENNERTINÆ fors est & Gloria Gentis,  
Arte annisq, graves semper habere Viros.  
Præbuit exemplum, cujus præsentia busta  
Tristi spectamus mente oculôq, Senex.  
Nomen jam dudum celebratum innotuit orbi,  
Ætas Virtutem serior ore feret.

G. MICHAEL HEBER, D.

**P**er multos annos luxit SENNERTUS in Orbe,  
Illustrans radiis plurima corda suis.  
Lumina condecorant cœlum. Quid flemus acerbè  
Nobis TE Lumen fata tulisse suum?

*lug. faciebat*

CASPAR LYSER, D.

**Q**vos longâ serie numeras feliciter annos,  
SENNERTE, extremus claudit in orbe Dies.  
Jam vitæ laudisqve satur terrena relinqvis,  
Et nitidi properas tecta subire Poli.  
Manfurum fragili præfers, æterna caducis.  
Sancte Senex, salve! perpetuumqve Vale!

C. H. HORN, D.

**P**ost varios casus, post vitæ mille labores,  
SENNERTUS tandem tecta beata subit.

*Nil*

*Nil opus est igitur luctu; nam talia sentit  
Gaudia, quæ nulla sunt peritura die.*

CONSTANT. ZIEGRA, D.P.P.  
h. t. DECANUS.

**In Obitum Senis sanctissimi, Senioris  
Academiæ, supra Annos XXCIII. hic VVittebergæ  
olim nati, Collegæ ac Affinis Conjunctissimi  
hucusqve:**

**S**epties denos properat per annos  
Vita; si præstet, decies recurrunt  
Octo. Quid lucri? labor anxiusqve est  
Undiqve mæror.

Hoc tuo exemplo, Venerande nostri  
Ordinis monstas, SENIOR, per omne  
Difficultatis genus ambulando,  
Quâ scatet Orbis.

Nunc sed ereptus miseris, caduca  
Spernis & lætam celebras quietem:  
Nunc beatorum sociatus Aulæ  
Vindice summo es.

O seqvi si te liceat! priusqvàm  
In caput seræ veniant pruinae,  
Et gravis surgat mihi tum nivosa  
Bruma senectæ!

Hic diu vixit! satis, & beatè,  
Quem probi functum gemuere Cives;  
Fama quem servat: rapiunt avaræ  
Cætera Lunæ.

Συλλυγᾶμεν⊙ deprop.

G. C. KIRCHMAJERUS.

**O**dolor! E vitâ Magnus SENNERTUS ad astra  
Transit, qui Doctis nobile Lumen erat.  
Cujus mors nostros Cives mærore supremo  
Implet, & illorum corda dolore premit.  
Spiritus ast purus conscendit culmen Olympi,  
Ac ibi jucundè gaudia grata capit.  
Fortunate Senex, hæc est felicior aura,  
Quâ mundum spernis Cælica castra petens.

Ad levandum dolorem hoc posuit

**MICHAEL Strauch /**  
Superior. Mathem. P. P.

B

Ur-

**U**rbis honos, nostrique Decus peramabile Pindi  
Occubuit senio, mens sociata DEO est.  
Quisquis amat lingvas, orbis quas fundit Eous,  
Hunc superesse sibi, restituive cupit:  
Sed vitâ functus, fluxiqve laboribus ævi,  
Incolit ætherias, pax ubi tuta, Domus.

*Christianus Röhrensee / P. P.*

**E**N sibi quos reperit studioque fideque probatis  
Servis quam solvat præmia magna Deus!  
Nam solet is pretium non perlibrare labore  
Rectis mente, sua sed bonitate, Bonus.  
Quodque tenax fuerit fidei ingeniosa Propago  
SENNERTUM, merces pulchra docere potest.  
Hanc comitantur opes: hanc splendor nominis ingens  
Ornat, & hanc canis texta corona manet.  
Ordinis ecce decus nostri venerabile SENNERT  
ANDREAS senii gloria magna fuit.  
Ipse senex cupiens, vitæ satur atque dierum,  
Dissolui, mortis lege solutus abit.

*CHRISTIANUS DONATI, P. P.*

**S**ENNERTUM repetunt lugubri voce Camæna,  
Et Patrem ereptum, præcipuumqve Virum  
Mille dolent lacrymis; ast indelebile Nomen  
Mentibus inscriptum, visceribusqve gerunt.  
Votaqve dant reliquis, quos casus torquet acerbus,  
Ut videant seros sed sine nube dies.

Benevol. test. ergo lub. meritoque  
facieb.

*THEODORUS DASSOVIVS, P. P.*

**Q**uamvis, Sancte senex, multos exegeris annos,  
Vixisti paucos attamen ipse tibi.  
Sed postquam placidâ resolutus morte fuisti,  
Nunc verè vivis non moriture tibi.

*MARTINUS KNORRE, P. P.*

**O**ccidit, heu! noster Doctor communis, & Atlas,  
SENNERTUS, prisca religione Senex.  
Occidit, illustri gnavus tot lustra Lycæo  
Profuit dum curis, voce manique potens.  
Occidit, & senio, quod paucis tangere fas est,  
Confectus, placidâ morte solutus obit.

O Do-



O Dolor! O Gemitus! tanti quis Funera Sancti  
Non fleat; & prompto carmine Justa daret?  
Certè ego tot meritis motus, fidentiùs addo:  
SENNERTO *similem vix dabit ulla dies!*

*Condolentia refanda*

C. S.

CHRIST. HARTMANNUS LEDERUS,  
U. J. D.

Nunc TIBI parta quies, Senior venerande, Decusque  
*Nostri Heliconis*: Publica nunc TIBI parta laborum  
Fama: TIBI quoque nunc defunctæ gloria Sparta  
Parta est: Hinc nomen SENNERTI posteritati  
Sacratum: ac Mens ILLIUS iuter gaudia cœli,  
Atque penes Musas semper sua gloria vivit.

*Johannes Carolus Nævius, D.*

Lingvarum Lumen SENNERTUS, Gloria Pindi  
Albiaci, gelido conditur heu! tumulo.  
Conticuit fato variâ qui voce locutus,  
quique ferè solus vixit, is occubuit.  
Ipsa fides, Pietas, candor, Sapientia secli,  
Ætatis splendor Justitiæque fuit.  
Hunc meritò luget Musarum maximus ordo,  
Hunc afflicta Domus, cunctaque turba gemit  
Me quoque luctus habet, lacrymis sed parcite, vivit.  
In cœlo, magnis obruiturque bonis.

*M. B. HILDEBRANDT, D.*

Dum fatum expectat firmato corde benignum,  
Et defessa frui membra quiete cupit,  
Divinâ ad superum delatus gaudia Voce,  
Mox sua SENNERTUS lumina condit humo.  
Cui longa in terris vires consumpserat ætas,  
Longior hunc summo Vita vigore beat.

*Johann Schrenfried Mayer / D.*

Nobilior pars illa poli, qua surpit Eoa  
Gratia, conspicitur pallida tota mihi.  
Lingvarum quoniam Doctorem, proh dolor ingens!  
Completo Vitæ munere, Parca tulit.  
Pallemus cuncti, casum deflemus amarum,  
Nostanto in luctu recreet Ipse DEUS!

*D. Gottfried Leonhart Brodtkorb.*

**B**eweine/ Wittenberg/ den izt entblasten Mann/  
Der da bey Funffzig Jahr getreulich Dich ge-  
lehret;

B 2

Be

Bedencke/ daß Niemandt dem Todt entgehen kann:  
Ihm ist die Ewigkeit vorß Sytle nun verehret.

Gottfried Svevus / D.

**H**eu! sic tandem tenebrôsâ clauderis umbrâ  
Leucoræ Senior, duxqve decusqve Scholæ.  
Sic, SENNERTE Senex, tam longè munere functus  
Impiger in cœlis otia læta subis.  
Nimirum blandi redeunt post nubila Soles,  
Et Te post hyemes mollior aura beat.

JO. CASPAR Brendel / D.

**S**o zieh' nun hin getrost der Welt- und Lebens- müde  
Du Hochverdienter Mann/ zieh' hin in Freud und Friede/  
Gib gute Nacht/ verlach/ verlaß die Eitelkeit  
Du Silber- Haupt/ du Bild der alten Redlichkeit;  
Laß dich nicht halten auff der Deinen Jammer- Lieder/  
Die Ach und Trauer- Blick/ sich nicht zurücke wieder/  
Auff! mache fertig Dich/ ergreiff den Wander- Stab /  
Weil Dich Gott fodert durch den Todten- Bothen ab!  
Was ist's/ Betrübte daß Ihr euch mit Trauren naget?  
Was ist es daß Ihr Ihn mit bitterm Zähren plaget  
Der Alt und Lebens- satt? gönnt Ihm die sanffte Ruh  
Und ruffet seiner Seel zum Himmel- Tausch Glück zu.  
Du aber/ alter Greiß/ steig' auff den Engel- Wagen/  
Die Diener seyn bereit begleitend dich zu tragen/  
Fort! ey! jeh! öffnet sich die güldne Himmels- Thür /  
Ihns umbarmet Dich: Wohl/ Seeliger/ Wohl Dir!

Christian Barlik / D.

**T**ota sub Arctôô, se docta recondit Eôa,  
Unius & clausô conticet ore Viri.  
Non est quod vatùm se docta caterva fatiget,  
Namqve Senex vatem reddidit ipse suum.

PAULUS Gottfried Sperling / D.

**L**onga licet sit vita Hominis, sit honora, sit ampla  
Eludit finem non tamen illa suum.  
Ecce diu vixit SENNERTUS *plenus honore,*  
*Dignus amore hominum, ut prosper amore Dei:*  
Non tamen effugit mortem: Sed meta malorum  
Mors est & vitæ janua facta bonæ.

*scr.*  
Christianus Vater / D.

**S**æpe quidem medicas palmas substernimus agris;  
Sed nisi Jova juvat; pharmaca nulla juvant.

Ergò

Ergò sit tristes, SENII DECUS, ire sub umbras  
TE furibunda sua mors sicilice jubet.  
Sistite sed gemitus magnos: Fuit ista voluntas  
Jovæ: SENNER TI molliter ossa cubent!

*Condolentia ergò f.*

ANDREAS Barth / L

Mortalis vitæ qui sic sua stamina ponit,  
Mundana ut spernens vafro se subtrahat Orbi,  
Egregiiqve viri solers punctum impleat omne,  
Is, moriens licet, haud quaquam censendus adeptus,  
Cum cœlos animus colat & laus maxima terram!  
Hinc ne Tu, VENERANDE SENEX, obiisse putandus;  
Exuvias etenim quamvis consumit arena,  
Astra tamen mentem vegetam salvamq; tuentur,  
Floret & in terris clari de stemmate Nomen,  
Candidior Virtus, Genius, doctiqve labores!

Michael Godofredus Ziegra /  
Medic. Licent.

UT vitæ satur excessit SENNERTUS & ævi,  
Astra virum agnatis mox retulere choris.  
Excipit indomiti hunc Alcidis candida conjux  
Leucadiusq; senis pendet ab ore senex.  
Quos ille amplexus, & puri limen olympi  
Miratus superis talia dicta tulit:  
DI, si justa rogo, faciles concedite, frater  
Quæ pro fraterna vota salute facit.  
Durassem totum, si visissent fata per avum.  
Ille suos annos vivat, itemqve meos.  
Do, sit ut ille diu vegetus, mox excipit Hebe;  
Saturnusq; diu do sit ut ille Senex.  
Munera DI firmant omnes, plauduntq; roganti,  
Excedet fratris frater & ipse dies.

G. THOMASIIUS,

Medic. Licent.

Oh liebstes WITZENBERG beseuffze deine Fälle!  
Verstimme den Gesang mit einem Klage-Thon.  
Die weil jetzt wiederumb vaciret eine Stelle/  
Und jüngst gestorben ist ein frommer Simeon.  
Laß dich von deiner Pflicht die Freude nicht abhalten/  
Bergiß der Fröligkeit / verkleide dich in Flohr;  
Denn der begraben wird / ist einer von den Alten /  
Ja was dich mehr verbindt / es ist dein Senior.

Dem seel. Herrn Seniori zu ehren  
schriebs

M. Johannes Hartung.

C

Elo-

Eloqvar an sileam! Divinos summa recessus  
Humani Ingenii vis penetrare neqvit.  
Allicit ipse pios Dia Virtute Jehova,  
    Conspectuqve suos intimore beat,  
Et qui sidereo fulgebant lumine in Orbe,  
    In Coelis melius sole calente micant.

SENNERTUS clarum nomen splendorqve perennis  
    Pieridum, moriens Coelica Regna tenet,  
Quiqve DEum audivit proprio sermone loqvente  
    Exposuit Vocis mellea verba sacra.  
Jam post exutam mortalis corporis umbram  
    Eloquio fruitur latior ipse DEI.  
In terris Nomen clarum post funera vivit  
    Spiritus in Coelis fulguris instar habet;  
Sic Virtutis honos etiam post fata triumphat:  
    Sic Virtutis amor praemia digna capit.

*Supremi honoris ergo*

f.

M. Johannes Baptista Röscheilus,  
S. H. Fac. Phil. Adjunct.

S D ißts! Was Himlisch ist /  
Wird endllch doch der Erden überdrüssig /  
Es denckt zum Himmel zu / und an den Ort /  
Da seine Ruh / sein Sitz / sein rechtes Leben:  
Hier komts ihm stets / wie in der Fremde / vor /  
Hier lebt's nur halb / und weñ's gleich noch so lange  
In dieser Welt muß schweben /  
Deucht's ihm doch stetig bange /  
Und eylt zulezt desto geschwinder fort.  
Des theuren SENNERTS Geist /  
Der mehr als überflüssig /  
Mit höchstē Ruhm in dieser Welt gereist /  
Kont's dennoch nicht darin gewohnet werden /  
Der Himmel war sein Port / drum schied Er von der Erden:  
So machts! was Himlisch ist!

M. Georg David Ziegler /  
der Phil. Fac. Adjunctus.

Consona dispersa coeunt ad foedera gentes,  
    Scidit quas variis lingua stupenda sonis.  
Turget Arabs, croceò totum perfusus odore,  
    Et nitido loquitur tetrica verba foro  
Isacidum de Patre sati sua pandere sacra,  
    Promere reclusas vult Aramaeus opes.  
Ore loqui Grajus fallacia jura rotundo:  
    Nec tacuit Latium parta trophaea decus.  
Qua lex, qua pietas fuerit, qua foedera sancta  
    Unius potuit dicere lingua Senis.

*L. M. Q. scr.*

M. JO. GEORG. Neumann /  
Fac. Phil. Adj.

**P**roh dolor! Eoi interpres facundia mundi  
Tendit ad Eoum luciferumque polam.  
Quique Palæstinis accendit lampada chartis,  
Lampada nunc alii tradere fata volunt.

*Hospiti quondam  
atque  
Patrono desideratissimo  
L. M. Q.*

**M. Gerhardus Mejer,**

Fac. Phil. Adj.

**S**ic tandem exhausto fractas in corpore vires  
Linqvis, & in Superum sede locatus ovas,  
*Sanctæ Senex*; hæc meta tui spesque una laboris,  
Coelitis hæc senio credita palma tuo est.  
Lætus eras, summâ cum nuper fasce levato  
Officii magnum sumeret alter onus;  
Nunc jubet, ut omnes ponas cum Munere curas,  
Gaudeat & stabili vita quiete, Deus.  
Hæc fruire, & *sanctam* penitus nunc excole *Lingvam!*  
Divina animum recreat *Bibliotheca* tuum.  
Interea nostris tua fama *baud* occidet oris,  
*Nomina* SENNERTUM fata obiisse vetant.

*Desideratissimo Hospiti  
Ultimum dicturus Vale, lugens addebat*

**M. Nathanael Sald /**

Fac. Phil. Adj.

**D**at gemitus Oriens magnas funditque querelas,  
Dum raptus vindex illius atque stator.  
Vixit enim SENNERTUS. Sed venerabile Nomen,  
Ac meritis clarum tempus in omne manet.

*Debitæ observantiæ ergo lugens  
scr.*

**M. TOBIAS Eckhard /**

Fac. Phil. Adj.

**S**eiliges Götter Hauß / laß nun dein frohes Schmu-  
cken;

Leg' ab das bunde Kleid / betrübtet Elb-Athen!  
Will gleich das Weynacht-Fest dich jetzt damit beglücken/  
So schaue deine Zier im Sarg vertunckelt stehn.  
Ach Theurer Pindus. Sitz trag Leid mit deinen Söhnen /  
Sieh' mit umhüll'ten Aug' auff diese Todten-Bahr /  
Laß deine Seiten-Spiel verstimt in Klage thönen /  
Dieweil dein' Pracht verbleicht / der fünffmahl ze-  
hen Jahr /

S 2

Dich

Dich bestens hat gezier't / der Abgrund kluger Sinnen /  
Dem deiner Lehrer viel die Weißheit schuldig seyn /  
Der der versincket nun / und weichet schnell von hinnen;  
Drum stell' die Weynacht = Freud in etwas iezo ein.  
Doch dencken wir zurück / so ist es wohl getroffen /  
Es wischet Zeit und Todt uns selbst die Thränen ab /  
Wenn vier und achzig Jahr die Lebens = Uhr geloffen /  
So zeigt die Natur uns selbst ein Leichen = Grab:  
Und wie viel besser sind Herrn Sennerts Todten = Klippen /

Die von dem JESUEN sind gestern eingeweiht;  
Dann ruht Er in der Krufft / liegt JESUS in der Krippen /

Vor Windeln hat Er doch ein sanfftes Todten = Kleid.  
So kan das Christen = Fest Er recht vollkommen halten /  
Der morsche Körper geh't allein nach Bethlehem /  
Doch reist der frohe Geist / weil Ihm sein Haus zerspalten /  
Durch Kranckheit / Zeit und Todt gleich in Jerusa = lem /

Drum schwarzer Helicon, dein Schmuck / den du getra = gen /

Ist nur von dir entlehnt / und wird im Himmel neu.  
So trockne denn den Thau der Thränen / hemm' das Kla = gen /

Glaub' / daß dir nicht gestöhrt die Weynacht = Freude sey.

Zu Bezeugung seines schuldigen Bey = leidens setze dieses anbey

M. JOH. CHR. ERNESTI,  
Ord. Phil. Adj.

FLebile FUNUS adest SENIOR migravit ad astra,  
Reliquit terras, flete, dolete VIRUM.  
ORDO PHILOSOPHUM, Coetusqve Academicus omnis  
Fata SENIS luget, luget acerba Scholæ.  
At Senio victus, Naturæ Vincula solvit,  
Vivat ut in Cœlis absque dolore DEO!

M. ABRAHAM HENR. DEUTSCHMANNUS,  
Fac. Phil. Adj.



Mag. VI 9

[= Occasionalia vol. 3  
= Funeralia S - Z]

VD17





# EPICEDIA

In

## Obitum

### VIRI

Antiquâ fide & verâ Virtute  
præditi,

NOBILISSIMI, EXCELLENTISSIMI AMPLISSIMIQUE

# DN. ANDREÆ SENNERTI,

Sæ. & Lingvarum Oriental. Prof.  
Publ. meritissimi, Patriæ Academiae totius & Fa-  
cultatis suæ Senioris Venerandi ut & ejusdem  
Academiae Bibliothecarii maximè  
seduli,

*Die XX. Decembr., circa h. X. vesp.,*  
*Æ. C.*

*cl. l. c. LXXXIX.*

placidè ac piè defuncti,

**Ipso solennium exequiarum Die XXVI.**

ejusdem mensis  
exhibita

à

## COLLEGIS, FAUTORIBUS ATQVE AMICIS.

